



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Remedia aduersus vanos terrores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

stitione vllijs iusta esse causa,

**REMEDIA ADVERSUS VANI
nos timores à Dämonē im-
missos.**

PRIMVM omnium atque efficacissimum est, submittere se alteri: & pati se regi duciique à Confessario. Nam tametsi hic erraret, liber tamen ab errore esset, qui eius consilio pareret: quando hic sibi à Deo mandatum habet, ut in rebus dubijs suam sententiam adiungat ad sententiam Confessarij.

Itaque, si Confessarius pius, doctus, & versatus in tractatione rerum quæ ad conscientiam pertinent, in redencia respondeat in certo facto, dictoue, peccati nihil inesse; tametsi peccatum insit, ei tamen qui paret, & sine dubitatione rem illam committat, nulla à Deo culpa attribuitur. Eodem modo, si tibi videaris nondum rectè confessus, deinde consultus confessarius respondeat confessioni tuę nihil defuisse, nū à te eius rei rationē nunquā reposceret Deus, quamuis nō ita sit, ut putat cōfessari'. Sic si ab eodem Confessario, loquor autem semper de eo, qui sive conscientię quoq; habeat rationem, iubearis securo animo ad sacrā Eucharistiam accedere, potes id secure

D

facc. c.

50 DE FREQUENT,
facere. Nam eis fortasse Confessarius
erraret, tu tamen recte communicas, ac
præterea accedit tibi meritum fidei,
cùm fidem adhibes Confessario, id est,
vicario Dei: accedit meritum obedien-
tiæ, cùm morem geris ita iubenti Deo:
accedit denique meritum humilitatis,
patientiæ, abnegationis suæ voluntatis
ex amore Dñi. Hæc quia videt inuidus
noster Diabolus omnibus modis agit,
vt in pœnitentium animis fidem detra-
hat confessario.

II. Remedium, Cardinalis Caietani
hæc est sententia: Si quis anxiæ & angu-
stie conscientiæ confessus sit, mediocri-
acabitæ præparatione, & inspecta non
nimis negligenter cōscientia: eū nō de-
bere, admittere dubitationes postea e-
nascentes, rectè sit cōfessus. Hoc po-
ti⁹ sibi persuadere, omnia in se cōfessio-
ne exposuisse, aut singulatim, aut yni-
uersè maximè cū huc accedit, vt paratus
sit de integro cōfiteri, si ita esset opus, &
confessarius id permittendum putaret.

3. Remedium est: consuetudinem fa-
cere cogitādi de bonitate, misericordia
& clementia Dei quanto ille nos amo-
re, quanta benevolentia, quantis, vt ita
dicam, blanditijs nos soueat. Item que
proponere menti im- guncm eius sua-
mem

COMMVNIONE.

51

nem, nostri amantem, benignam; quale
scilicet illum esse, quotidiana declarant
beneficia: non rigidum, iracundū, calū-
niatorem. Cogita igitur tibi à D N. id
dici, quod dictum est Apostolis: Tanto
tempore vobiscum sum, & non cognō-
uistis me? quasi dicat: Vide quanto iam
tempore, familiaritate mea per Sacra-
menta sis usus? quo toto tempore, cùm
nihil in me videris aliud, nisi amorem,
benignitatem, bonitatem, misericor-
diam erga te, tamen fingis tibi me seue-
rum & rigidum. An paruam te putas a
moti meo facere iniuriam?

Ioan. 1.

Ioan. 14.

IV. Est considerare, quæ Sacerdos
sacram hostiam in manu ostendens, di-
cat. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
mundi. Hic est, qui venit amore & suaui-
tate, ut Agnus, non tueritate, aut rigore
armatus, ut leo: non qui mortem, sed
qui vitam afferat: non qui tristitia, sed
qui iucundissima pace te impleat, qui
rosas optimarum cogitationum, non
tristium curarum cordi inficerat.

Luc. 15.

V. Consideranda est narratio de filio
prodigo, plena amoris, plena suavitatis.
Huic, cùm pannis obsitum videret, nul-
lum asperius verbū dixit parens, nullū
gestum ostendit animi commoti, cùm
tam miserum videret; ne curiosus qui-

D 2 dem

52 DE FREVENT.
dem aspexit tam lacero habitu: sed, ut
primum vidit, animum filij submissum
& meliora cogitarem, vietus affectu
paterno accurrit obuiam, amplexatur,
suauiatur, vestibus illis abiectis exutum,
nouis exornat: hilaretatem indicit, ma-
ctat vitulum saginatum, conuiuum in-
struit. O suauem & iucundam narratio-
nem: in qua haec licet obseruare.

1. Quanta sit Patris cœlestis miseri-
cordia; qui longè magis opter dare,
quām nos accipere: redeentes amplexa-
ri, quām nos redire.

2. Ve primū nos pœnitet, Deum
non aspicere in nobis, quæ nostra sunt,
pannos laceros, id est, peccata: sed quæ
ipsius sunt, animam ad eius imaginem
formatam, preioso sanguine Christi
redemptam.

3. Dei hanc esse consuetudinem, ut
nobiscum mutet: pannes, id est, defectus
nostros à nobis distrahat, in vicem do-
net suam gratiam.

4. Eundem non tam curiosè, imo ca-
lumniosè circumspicere & explorare
eum, qui & peccata, & peccandi in po-
sterum occasiones reliquit; quique
mortem iam ipsius post habeat offensi-
oni. Id quod demonstrauit in filio pro-
digo.

5. Nos

COMMUNIONE. 53

5. Nos è contra debere, in quibuscunque difficultatibus sine reformatio-
ne ad ipsum accedere in Sacramento, ni-
mirum tanquam mendicus ad diuitem,
qui mendicitatem nostram opibus mu-
tet, ut filio Prodigo contigit: tanquam
infirmos ad medicum, qui omnibus
morbis & debilitati medeatur: tanquam
filios indignos tanto patre, sed qui nos
dignos efficiat, quique plura nobis da-
turus sit, quam nos petituri: quod hæc
sit illius natura, esse bonum & liberalē.
Itaque quanto in maioribus nos vide-
mus esse miserijs, imperfectionibus,
& defectibus, tanto frequentius usur-
panda sunt Sacraenta, vel saepius in
die, si liceret: dicendumque illud Prodi-
gi. *Ibo ad Patrem meum, & quid ei dicam*
hoc nempe, non esse me dignum, quia
vocer filius ipsius. Et hæc est voluntas
Dei, ut ostendit ipsa parabola, & verba *Matth. II.*
illa: Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.

VI. Ex his intelligitur, quemadmo-
dum ille Prodigus, si suas solum misse-
rias aspexisset, & parentis dignitatem;
hæsisset per petuo in eadem calamitate;
sed cogitans patrem esse patrem resur-
rexit, accessit, submisit se, & in gratiam
receptus est: sic nos cum nostras solum
respicimus imperfectiones, parum pro-

D 3

Ecce,

Lue. 15.

54 DE FREQUENT

ficere , imò verò longius à Deo recede-
re. At si Deum respiciamus , non vt iu-
dicem: sed vt par tem , tum verò caus-
sam esse , cur ad illum adeamus , vt qui
sit Pater misericordiarum.

VII. Considera illud etiam , amorem
quodammodo claudere paternos ocu-
los , vt nostros defectus , quos nostra
spōte aperimus , minus videat , aut quasi
videre dissimulet. Neque enim celerius
nos met accusamus , quām ab illo venia
concedatur. Quemadmodum ergo hic
filius prodigus ex imperfecto perfectus ,
è misero fœlix , ex egeno diues , ex affli-
cto & familico latus & satur euasit : sic
& nōis accidit.

VIII. Remedium est , cognoscere quo-
tidianos lapsus & peccata venialia non
auserre nobis gratiam Dei , qua solum
spoliant nos peccata mortalia. Deinde
multūm interesse inter peccata venialia
de industria commissa , atque inter ea ,
que ignorantia , aut imbecillitate com-
mittuntur humana.

IX. Considera permitti à Deo , vt le-
uisculē sepius offendamus: non vt hęc
nobis occasio sit reuocandi nos ab viu
Sacramentorū , sed potius accedendi , vt
corum , auxilio cauere ab ijs possimus
in pesteum. Permitut idem hac etiam
de

COMMUNIONE. 55

de causa, ut nosmet ipsi noscamus, & deprimamus: videamusque non modò quanta sit Saluatoris benignitas, qui nobis tam miseris, tam imperfectis, nō desinit impetrari seipsum; sed etiam quā sit necessarium ad Deum confugere. Itaque imitemur Prodigum, curramus ad Patrem, & curramus tanto magis, quanto nos miserijs intelligimus esse pleniores. Ita defectus nostri occasio- nem dabunt, cognoscendi nostras infirmitates, ac proinde & deprimendifastum: cognoscendi morbos nostros, & querendi remedij, cognoscendi deniq; infinitam Dei bonitatem, eamque mandi, ac recurrendi ad ipsum propter frequentiam malorum ingruentium in singulas horas, atque adeò in singula horas, si fieri posset, recipiendi illū per Sacramentum.

Vult Deus, ut electis suis omnia cooperentur in bonum, ut ex ipsis etiam malis oriatur bona. Vult suos plangeze, neque tamen perpetuò: potius vult semper gaudere in Domino. Itaque hos defectus vult esse occasionem, ut sui se actus cum ipso coungant. Ut enim fortē equū leuis offensincculat cōfirmat, ut solidiore deinceps incedat gradu, sic & nos debet leuiores defectus

55 DE FREQUENT,
ad diligentia excitare maiorem. Quod
fiet, si sciamus in ipsa defectuum cogi-
tatione non esse nimis haerendam: quā-
do ex animo in his defixo nascuntur
spinæ & tribuli cogitationum molesta-
rum, anxiarum, & pusillanimitate ple-
narum: currendum potius recta ad pa-
trem, id est, cogitandus amor illius &
beneficentia, qua cogitatione omnes il-
læ priores spinæ rosis, & tribuli dulcis-
simis vuis conmutabuntur, omnis, in-
quam, tristitia in gaudium vertetur.

S. CATHARINA Senensis ait, ve-
is, qui Principis colloquio frui velit, nō
resistit in vestibulo; Sed querit aditum
ad ipsum conclave; sic nos non debere
consistere in vestibulo considerationis
nostræ ruin defectum, sed in ipsum
Dominus Dei conclave introire, id est, in
considerationem Dei, quam ille sit, er-
ga nos amanter patiens, & amans pati-
enter.

S. GERTRUDIS ait, quemadmo-
dum auicula non semper adhaerescit ni-
do, sed exilit aliquando, sublimis euolat,
cantillat, & gaudium quoddam sibi fa-
cit sic nos non deberet esse perpetuò af-
fixos cogitationi defectum nostrorū,
qui nidus est noster; sed tollere nos ali-
quando in altum; considerare miseri-
cor.

COMMUNIONE. 37

cordiam & bonitatem Dei; tum deinde ad nostri cognitionem reuerti.

THOMAS de Kempis ait Deum suis amicis duas quotidianas lectiones prescribere; quarum altera defectus suos cognoscant, altera bonitatem Dei, qui eos tam patienter ferat.

BEDA affirmat S. Paulum, si stimulo carnis fuisset liber, fortè in damnationem incusurum fuisse. Sic multi homines sancti perirent, nisi Deus in peccata leviora incidere illos aliquid permitteret.

Dicere solitus erat quidam seruus Dei, non timere se peccata, quae nouisset & odif set: sed ea tantum, quæ vel ignoraret, vel non magni ficeret, vel etiam excusaret.

S. AVGVSTINUS iubet nos: de peccatis dolere, & de hoc dolore gaudent, ut qui gratiā Dei, cōiunctam habeat.

Alius quidam non sibi mirum dicebat videri, si quando quid peccaret, quando se tam inbecillem, & à perfecta virtute remotum sciret: sed mirari potius, si quando non peccaret.

Alius aiebat quotidianos illos proboru lapsus ostendere, quod alio sensu in Euangelio negatur posse fieri, ut vuæ colligantur de spinis, id est, ex suorum defectuum cognitione oriatur cognitio

Luc.16.

D 5 . boni .

§8. DE FREQUENT.
bonitatis Dei; & de tribulis imperfecti-
onum, diuinæ suavitatis fucus.

Dicebat idem permittere D. N. labi-
nos in defectus, ut hac occasione ad ip-
Matth. 15. sum veniamus: inuitati scilicet illis vo-
cibus. *Venite ad me omnes, qui onerati estis,*
defectibus, & ego reficiam vos.

Cum quidem aliquando totus mœ-
roris & perturbationis plenus esset, pro-
pter suos defectus: audijt vocem, quæ
diceret. *Quid existis es? Veni, & omnem*
mœrem proijce in latus meum. Quod
dicto, omnis illa tristitia abstensa est.

OMNIA VERO AMORIS SI-
gnata inueniri in Sanctiss. Sa-
cramento.

*I*nter innumera sui in nos amoris ar-
gumenta, quæ viuens in hoc mundo
dedit Christus; vel eorum maximis, unum
est huius Sacramenti institutio. Itaq; D.
Ioannes ait, cum amasset suos Christus,
Ioann. 13. præcipue amorem hunc ostendisse sub-
finem vitæ. Tum enim maiora in illos
contulit beneficia, & clar ora dedit sui
amoris argumenta, cum & ad tempus
vitam pro illis relinqueret, & perpetuò
se illis in *Sacramento Sanctissimo do-*
maret.

P.R. 13